



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

IX. Otto, Herzog von Braunschweig und Lüneburg, genehmigt den Verkauf von zwei Hufen in Süd-Wittingen, denen er noch drei als Geschenk hinzufügt, an das Kloster Diesdorf, im Jahre 1226.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

cedant, non incaute confueuerunt homines priuilegiis et testibus suas actiones perhenniter stabilire. Notum igitur facimus tam futuris quam presentibus vniuersis, quod wernerus de Medinge fidelis noster villam Ridegowe uendit ecclesie in distorp perpetuo possidendam. Ad quam uenditionem de bono consensu noster animus sic accessit, ut nos proprietatem eiusdem uille ipsi ecclesie assignaremus et daremus pro nostrorum remedio peccatorum, et ut participes simul oracionibus et laboribus quos sanctimoniales ibidem domino incessanter studuerint exhibere. Actum est hoc anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXVI. In mense Decembri. Testes sunt Geruasius prepositus in Ebbtorp, Crachto, Thebaldus, Sigebandus, Thidericus de monte, Geuehardus, Otto magnus, wernerus de zwerin, Hartmannus et alii quam plures.

IX. Otto, Herzog von Braunschweig und Lüneburg, genehmigt den Verkauf von zwei Hufen in Süd-Wittingen, denen er noch drei als Geschenk hinzufügt, an das Kloster Diesdorf, im Jahre 1226.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis. Otto, dei gracia Dux de Lüneborch, Omnibus in perpetuum. Omnis humana actio sepissime reuocaretur In irritum, nisi priuilegiis ac testibus stabile acciperet firmamentum. Inde est quod vniuersis tam presentibus quam futuris cupimus esse notum, quod Harnidus de wrestede, ministerialis noster, de consensu heredum suorum et paridami et Harnidhi accedente promisso, duos mansos de patrimonio suo, in Suderwitinge sitos, uendit ecclesie Beate virginis Marie In Distorp, resignato ei penitus omni iure, quod ipse possederat in eisdem. Nos autem consensum nostrum huic facto similiter adhibentes, ad petitionem eius et amicorum suorum, et potissime pro nostrorum remedio peccatorum, tres mansos de proprietate nostra in predicta villa obtulimus et in proprium dedimus ecclesie supradicte. Quos mansos idem Harnidus de wrestede a nobis tenuit in pheodo, et similiter illi ecclesie cum omni tam nostro quam suo iure de nostra uendit uoluntate. Actum est hoc dominice Incarnationis anno M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXVI<sup>o</sup>. apud Louenborch, presentibus fidelibus nostris: Burchardo de wilferbutle, Dapifero nostro, Geuehardo de Lüneborch, Ekkehardo Schakk., Ermenoldo de Beuenhufen, Henrico Ribe, Lippoldo de tsarnhufen, Johanne de Mirica et Crachtone scriptore nostro, uiuente et procurante venerabile viro Domino preposito Thiderico.